

Amicum Reverende Pater, Vir Clarissime,  
Domine Observandissime.

salutem à Domino et obsequia mea semper paratissima.

In egregia voluptatis illecebram vocas, quotiescumq; scribis ad me, Vir Clarissime, Eminentissime.  
Sane posterioribus tuis ad lautissimi Symposij delicias, vel in ipso quadragesimali ieiunio volam  
mibi visus sum, et ad Syriaci gaudij suavitatem excitari in medio tempore dolorum. Daper  
erant Mundus subterraneus et Oedypus Tuus, in quorum altero iam plene deliciatur Vestra  
Roma, alterum à te inter bellaria in misera securorum reservatum insatiabili fame iam proci  
oritur expectat. Quid dicam? Gaudium inter et dolorem aqua lance dividere cogor ef  
fectus, et animam vix unius satis capacem inter utrumq; vel invite partiri. Lator enim, et  
causa quidem Tui qui tanto passu ad culminationem eius, multo gradibus per Oedypum  
Tuum ad Augem Honoris accessisti. Ideo vero, quod cupidissimus in me rerum tuarum  
appetitus voluptatem suam et gaudium nondum plene sentit, sed hinc etiamnum ore aperto, donec  
Roma et hic partitur non invidet delicias suas, id est, Oedypum tuum. De quo, quin  
opinio eruditorum omnium plausu excipiens sit, quid dubitas Oedypo ipso felicior? Equit e  
nim ante te antiquitatis illa anigmata oculo tam fortunato inspicit? Sed nihil amittit  
tametsi de fame Tuas consumata integritate Tu te dubitas, Ingeniosissime Kircher: accedit enim  
idipsum ad excitationem Tuam, quicquid eorum Tu ingenioso quamvis fultis (minore rerum tuarum  
astimatione) subdueris. Age porro et pari felicitate facilitateq; perfructare subterrane  
as Vestrae divitias, quas clarissimo sine duorum occultis. Off. et Tui feliciter ober  
ranti arcana inter Aegyptiaca felix ille Aeneas et felix et lento vimine ramus, nam  
inferna dicitur sacer occurrat. Hunc Tu felicissimo ausu Carpe manu namq; ipse  
volens facilisq; sequetur, si te vocat fatus. Quod si vero, tametsi poter, non vis tamen

extendi eorumque cogitationes tuas, age saltem, nec quidpiam eorum omitte, quae curiosorum et  
vera Philosophiae amantium ingenia a te expectant. Vale Vir epimae et in caligante quantumvis  
nunc ob occasum Solis sui Roma semper illustris, meque ama qui Te aeternum.

Comodum Reverentiae et Clarissimae Dominationis Tuae

Praga 13 Martij 1655.

P. S. Salutat Te Excell. D. D. Marq. nunc verbi  
mei, et non ita pridem ut consilio propiis et calano  
heo. P. Melchiori Hart. officiosissimam salutem  
agere.

amicissimus

Godofridus Linaer  
Linaer